

Sanctionem Carolinam observare velit, quia hæc lex est Universalis, adeoque etiam universaliter obligat, nisi aliud quid in hac vel illa provincia & regione fuerit receptum. 3. Clausula Juramenti: Hæc absolvitur istis verbis: Sic me Deus adjuvet, & sancta Evangelia. Deus invocatur tanquam testis, & vindex perjurii, si non servetur, quod Jurans promisit. Cumq; verò apud Christianos sanctissima habita fuerint Evangelia, inde ab illo tempore, quò Imperatores Christianam religionem sequi cœperunt, usu paulatim introductum est, ut tactis Sacris Evangeliiis jusjurandum præstaretur. Vide L. Rem non novam. 14. C. de Judic. Quin tactis saltem Evangeliiis dictio habebatur pro vera etiam absque juramento, Auth. sed Judex sub l. 7. C. de Episc. & Cler. Hodiè ita juratur: Ita me Deus juvet, & sanctum ejus verbum De qua formula sequiùs judicat Jeremias Setzerus l. 1. c. 15. n. 38. p. 99. de Juram.

ARTIC. IV.

Adfessorum, Consiliariorum, Senatorum, qui judici capitalium causarum adsident, juramentum.

Schöpffen / oder Urtheilsprecher Eyd.

Soll ein ieder Schöpff / oder Urtheilsprecher des peinlichen Gerichts / dem Richter desselben / geloben und schweren / wie hernach folget / welche Pflicht ihme dem Schöpffen / vorgelesen / und er also nachsprechen soll: Ich schwere / daß ich soll und wil in peinlichen Sachen rechte Urtheil geben / und richten / dem Armen als dem reichen / und das nicht lassen weder durch Lieb / Leid / Mieth / Gab / noch keiner andern Sachen wegen: Und sonderlich / wil ich Kayser Carls des Fünfften / und des H. Reichs peinlicher Gerichts Ordnung getreulich leben / und nach meinem Verstandniß halten und handhaben / alles getreulich und ungefährlich / Also helff mir Gott / und die heiligen Evangelia.

AD ARTIC. IV.

ARGUMENTUM.

Assessores Judiciorum Criminalium, ut & Scabini juramentum tenentur prestare.

EXEGESIS.

DE scabinis legi potest dissertatio Lipsiæ Ao. 1662. habita, in qua illorum natura & officium tum quoad anteriora, tum quoad posteriora